Fragmentarium

Frances Hofer

~~cunque~~ scripta sunt,
ad nostram doctrinam scrip-
ta sunt. ut per patientiam
et consolationem scrip-
turarum spem habeamus. De-
us autem patientie et solatii
det vobis id ipsum sapere in
alterutrum. secundum yhesum
christum. ut unanimes uno
ore honorificetis deum
et patrem domini nostri yhesu
christi. Propter quod susci-
pite invicem: sicut et christus
suscepit vos in honorem
dei. Dico enim christum yhesum
ministrum fuisse circumcisi-
onis propter veritatem dei
ad confirmandas promissiones
patrum. Gentes autem super
misericordia honorare deum sicut
scriptum est. Propterea confite-
bor tibi in gentibus et nomini
tuo cantabo. Et iterum dicit
Letamini gentes cum ple-
be eius. Et iterum. Laudate
omnes gentes dominum et magni-
ficate eum omnes populi. Et
rursum ysaias ait. Erit ra-

dix yesse. et qui exurget
regere gentes in eum gentes
sperabunt. Deus autem spei
repleat vos omni gau-
dio et pace in credendo. ut
habundetis in spe et virtu-
te spiritus sancti. ℟ Ex syon
species decoris eius deus ma-
nifeste veniet. ℣ Congre-
gate illi sanctos eius qui ordina-
verunt testamentum eius su-
per sacrificia. Alleluia. ℣ Leta-
tus sum in hiis que dicta sunt
michi in domum domini ibimus.
stantes erant pedes nostri
in atriis tuis ierusalem. Secundum ma-
theum.
In illo tempore.
Cum audisset iohannes
in vinculis opera christi. mit-
tens duos de discipulis
suis. ait illi. Tu es qui
venturus es. an alium ex-
pectamus. Et respondens
yhesus. ait illis. Euntes re-
nuntiate iohanni que audi-
stis et vidistis. Ceci vident.
claudi ambulant. lepro-
si mundantur. Surdi au-

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 292, Front pastedown – Missal
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-5azu/9119/67843)